Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



et abstulit eos a conspectu suo
et non remansit nisi tribus iuda
tantum. Sed nec israel iuda custo
diunt mandata domini dei sui. Ve-
rumtamen ambulabant in erroribus
israhel. quos operatus fuerat
proiecit quoque dominus omne semen israhel
et afflixit eos et tradidit
eos in manu direptorum donec
proiecit eos a facie sua: ex eo
tempore quo separatus est israhel
a domo dauid. et constituerunt
sibi regem iheroboam filium
nabath. Separavit enim iheroboam
israhel a domino: et peccare
eos fecit peccatum magnum. et tam-
bulabant filii israhel in omnibus pe-
ccatis iheroboam. quem fecerat: et
non recesserunt ab eis usque quo
dominus auferret israhel a facie sua
sicut loquutus fuerat in manu omni-
um seruorum suorum prophetarum. Ablatusque est israhel de terra sua
in assirios usque in diem hanc.
Adduxit autem rex assyrorum de
babilone et de cutha et de
e abrath et de emath et de sepha
ruaim: et collocauit eos in ci-
uitatibus samarie pro filiis israhel
qui possederant samariam: et
habitauerunt in urbibus eius
quas ibi habitare cepisset non ti-
mebant dominum. et misit eis
dominus leones: qui mactabant
eos: Nuntiatumque est regi assy-
riorum et dicta. Gentes quas
transtulisti et habitare fecisti
in ciuitatibus samarie ignorant
legitima dei terre: et misit
in eos dominus leones. et ecce mac-
tant eos. eo quod ignorent iudi-
cia dei terre. Praecepit autem rex
assyriorum dicens. Ducite illuc
unum de sacerdotibus qui
inde captiuos abiuerunt ut vi-
dat et habitet cum eis: et doce
at eos legitima terre dei. Igi-
tur cum venisset unus de sacerdo-
tibus hiis qui captiui ducti fu-
erant de samaria habitat in be-
thel: et docebat eos quomodo ti-
merent dominum. Et unusquisque gens
fabricata est deum suum. posue-
runtque eos in fanis excelsis quae
f fecerant samaritae gens et ges
in urbibus suis in quibus habita-
bant: Viri enim babilonis fe-
cerunt sochot benoth. Viri autem
cuthen fecerunt nergel: et viri
de emath fecerunt asima. Por-
ro euei fecerunt nebaas et tha-
thas. hii autem qui erant de sepha
ruaim comburebant filios suos
igni adramelech et anane
lech dis sefarvaim: et nichi-
lominus colebant dominum. fecerunt
autem sibi de nouissimis sacerdo-
tes excelsorum. et ponebant eos
in fanis sublimibus et cum domino
colerent. dis quos fuerant
inuita spectantibus gentium
de quibus transtulerat
samaritanam usque in pridiem. Ho-
rum sequuntur antiquam no-
tiuit dominum neque custodiunt ce-
remonias eius atque iudicia
et legem et mandatum quod pre-
cepit dominus filiis iacob quem
cognominauit israel: et pepigit
cum eis pactum. et mandauit
g eis dicens. Nolite ti-
mere deos alienos et non ado
rabis eos neque colabis eos et
non immolabis eos eis. sed dominum
deum vestrum qui eduxit vos de
terra egipti in fortitudine
magna et in brachio exten-
to. ipsum timete et illum adora